UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti Ethicorum

Melanchthon, Philipp

Witebergae, 1583

VD16 ZV 20638

Item.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56560

Visual Library

Et amplitudo miſericordiæ illuſtri imagine deſcribitur in domino, qui remittit ſeruo ingens debitum, & poſtea punit ſeruum non remittentem, vt intelligamus, & excellere in ipſo miſericordiam, & velle eum, vt nos quoq; miſericordiam propter ipſum exerceamus, præſertim cum in noſtris officijs miſericordiæ velit eſſe agnitionem noſtrorum peccatorum, & diuinæ condonationis, iuxta illud: Beati miſericordes, quia miſericordiam conſequentur. Item NaZianZenus: Εἰ δὲ δίδως ὄφλων καὶ πρόσθησον τὸ πρᾶον, ὄκτῳ γὰρ οἶκτος καὶ θεῷ ςαθμίζεται. — Matt: 18. / Matt: 5. cap

Reliquæ demonſtrationes perſpicuæ ſunt, vt de gratitudine inter homines.

Neceſſaria eſt æqualitas, vt ſeruetur genus humanum.

Sublata gratitudine, tollitur æqualitas.

Ergo neceſſaria eſt gratitudo.

ITEM.

Neceſſaria copulatio eſt cauſſæ & effectus.

Benefactor, vt Deus, vel homo, eſt cauſſa ſalutis alteri.

Ergo ſeruatus debet agnoſcere illam copulationem.

Et ſanxit Deus inter homines gratitudinẽ, vt agnoſcamus, ipſi quoq; deberi gratitudinem.

DE TEMPERANTIA.

Omnis natura eſt conſeruatrix ſui recto ordine.